



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

Canisius, Heinrich

Coloniae Agrippinae, 1662

Regvla LXXXVII. Rationi congruit, ut succedat in onere, qui substituitur, in
honore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62169)

REGVLA LXXVI.

Delictum personæ non debet in detrimentum Ecclesiæ redundare.

SI nemo alterius odio prægravari debet, *cap. Non debet sup. eod. l. l. Si quis 32, §. legu C. De inoff. testam. si delicta suos tenent auctores, l. Sancimus 12, C. De pœnis; si ratio non patitur, ut alteri per alterum iniqua conditio inferatur, l. Non debet alteri D. hoc nostrorum. profectò nec delictum personæ detrimento esse debet Ecclesiæ, juxta hanc reg. nostram. Per personam intellige quàmcumque; etiam Episcopum sive alium Prælatum Ecclesiæ. Cùm enim, ut dixerit ait Alexander III. Episcopus & quilibet Prælatus Ecclesiasticarum rerum sit procurator, non dominus; constitutionem Ecclesiæ meliorare potest, facere vero deteriolem non debet, e. 2, Ext. De donat. Hinc ob delictum Episcopi vel alterius Clerici jubentur bona Ecclesiæ illa servari, *can. si Episcopum vvi. quast. 6, cap. 2. De heret. in Clement. etiam si bona feudalia sint, & ob feloniam in commissum ceciderint, cap. 1, in fine de Corrad. in libe. Feud.* Quod pertinet quod eleganter post Glossam tradit Panormitanus, *ad cap. Si quis num. 4, §. num. 12, Ext. De rebu. Eccles. alien. quod & ipse Prælatus Ecclesiæ rem male à se alienatam possit Ecclesiæ nomine repetere, etiam allegando propriam turpitudinem, probatur per d. cap. si quis, in d. l. 1, C. D. liberali causa. Neque obstat huic Reg. titulus Decretal. de præscriptionibus; quo propter negligentiam Prælati contra Ecclesiam suam currit præscriptio. Quia hoc publicæ utilitatis causâ receptum est in præscriptione, ne dominis rerum in incerto sint, l. 1, De usurp. & usucap. & ut aliquis sit litium finis, l. fin. D. Pro suo Gujus meminimus supra ad cap. Locupletari. Porro & in rebus nondum acquisitis Ecclesiæ potest Prælatus nocere Ecclesiæ; puta, non agnoscendo legatum**

vel hæreditatem delatam Ecclesiæ: Ita Panormit. *ad cap. 1, num. 9, Ext. De in integ. restit.* Siquidem aliud est nocere, aliud non prodesse, *l. si Sponsus §. si maritus, D. De donat. 10, inter vir. & uxor.* Nam & Justinianus illam juris regulam, qua definit, deteriolem conditionem per servum domino nullo modo fieri posse; in eum casum accipit, cùm dominus de damno periclitatur, non cum sibi lucrum per servum acquirit desiderat, *text. in l. fin. C. De acquir. & verin. possess.* Nec mutat, quòd hæreditas & legatum ipso jure in Ecclesiam transeat absque ulla agnitione Prælati, *l. fin. C. De SS. Eccles. l. à Titio D. De furt.* Quia nihilominus acceptatione Prælati sive Ecclesiæ opus est, antequam ejus dominium planè transeat in Ecclesiam. Juvat & hanc sententiam textus in *l. Qui 6, alias incipit. Quod autem, §. 1, & §. 2, D. Qua in fraud. cred. & in cap. Quoniam, 13, Ext. De decimis.* Non tamen difficultate caret, adeò ut & ipse non omnino sibi constet Panormitanus, *ad cap. Tua nuper num. 9, Ext. De his que sunt à Pralato, Nam & contra urgetur, in d. l. fin. C. de SS. Eccles. junctim. Sicut 43, in fine D. De religiof. & sump. fun. Vide Roman. consil. 214, Petr. de Ancor. consil. 135.* Illud certius est, Prælatum, qui vel præscriptione passus est rem auferri Ecclesiæ, vel non acquisivit, conveniri posse in id, quanti interest Ecclesiæ, *arg. l. Quicquid 7, C. Arb. tut. Adde Panormit. ad cap. 1, num. 9, Ext. De in integ. restit.*

Objeitur contra hanc regulam textus in *l. lubeus nullam 10, C. SS. Eccles.* Sed hæc lex Ecclesiæ rebus nihil præjudicat, cum sacris Canonibus adversa sit, *in cap. Ecclesia S. Maria Ext. De constit.*

REGVLA LXXVII.

Rationi congruit, ut succedat in onere, qui substituitur, in honore.
Pertinet ad ea quæ diximus ad cap. Qui sentit. 55, supra eod.

REGVLA LXXVIII.

In argumentum trahi nequeunt, quæ propter necessitatem aliquando sunt concessa,
Hujus Regulæ explicatio pendet ex his, quæ retulimus ad cap. Privilegium 7, & ad cap.
Quæ à jure 28, supra eod.

REGV-